



Epistle for the Feast of St. Stephen


L 
Ecti-o Actu-um Apostoló-rum.

I 
-n di-ébus illis: Stéphanus, plenus grá-ti-a et fortitúdine, faci-ébat


prodígi-a et signa magna in pópulo. Surrexérunt autem quidam de syna-


góga, quæ appellátur Libertinórum, et Cyrenénsi-um, et Alexandrinórum,


et e-órum qui erant a Ci-lí-ci-a, et Asi-a, disputántes cum Stéphano: et



non póterant resistere sapi-énti-æ et Spi-rítu-i, qui loquebátur. Audi-éntes


autem hæc, dissecabántur córdibus su-is, et stridébant déntibus in e-um.


Cum autem esset Stéphanus plenus Spí-ritu Sancto, inténdens in cælum,


vidit glóri-am De-i, et Jesum stantem a dextris De-i. Et a-it: Ecce,


 víde-o cælos apértos, et Fí-li-um hóminis stantem a dextris De-i.



 Exclamántes autem voce magna continu-érunt aures su-as, et ímpetum



 fecérunt unaními-ter in e-um. Et e-ji-ci-éntes e-um extra civi-tátem,


 lapidábant: et testes deposu-érunt vestiménta su-a secus pedes


 adulescéntis, qui vocabáratur Saulus. Et lapidábant Stéphanum invocántem,


 et dicéntem: Dómine Jesu, súscipe spí-ritum me-um. Pósi-tis autem


 génibus clamávit voce magna, dicens: Dómine, ne státu-as illis hoc


 peccá-tum. Et cum hoc dixísset, obdormívit in Dómino.